UNIVERSITY OF ILLINOIS
AT URBANA-CHAMPAIGN
URBANA, IL 61801

AS PART OF THE
DITTENBERGER-VAHLEN
IC 6 PRESERVATION GRANT
PROJECT

Funded by the
National Endowment for the
Humanities

TLE: De nominibus in
na] exeuntibus : dissertatio
cunda

LACE: Regiomonti

Storage Number : 00-0231.11

ck, Chr. August 1781-1860. (Christian August)
De nominibus in [ma] exeuntibus : dissertatio secunda /
Lobeck]
monti : Typis Academicis Hartungianis, 1834.
; 20 cm.

reek language. I. Title.

uage: Latin.
s): Includes bibliographical references.

nc

Technical Microfilm Data

Microfilmed by
Preservation Resources
Bethlehem, PA

On behalf of
The Classics Library
University of Illinois at Urbana-Champaign

PRECISION℠ RESOLUTION TARGETS

A5

100 mm

1.0 mm ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ
abcdefghijklmnopqrstuvwxyz1234567890

1.5 mm ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ
abcdefghijklmnopqrstuvwxyz1234567890

ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ
abcdefghijklmnopqrstuvwxyz
2.0 mm 1234567890

ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ
abcdefghijklmnopqrstuvwxyz
2.5 mm 1234567890

Natalitia

Principis generosissimi

Friderici Guilielmi III.

a. d. III. Augusti MDCCCXXXIV

pie celebranda

indicunt

Academiae Albertinae

Prorector, Cancellarius, Director et Senatus.

1834

Lobeck C. A.



Regiomonti,

typis academicis Hartungianis.

1834.

Lobeck

De nominibus in μα exeuntibus.

Dissertatio secunda.

---

§. 2. **S**uperiori disputatione comprobatum est eorum nominum quae in μα terminantur, nullum habere penultimam brevem, praeter tria illa, στόμα, ὄνομα, ἔρυμα. His autem canonem, qui est de ἀνάθημα, non everti conveniet inter omnes, quibus notum est haec nomina toto genere enormia esse et solitaria. Nam στόμα quam originem habeat, omnino incompertum; ὄνομα, quod Herodianus propter duplex ο inter τὰ μονήρη refert p. 29. si a verbo νόω, γνόω, propagatum est ut *nomen* a nosco, certe ascitu vocalis praepositivae a communi ratione depulsum est peraeque atque ἔρυμα, cujus affines ῥῦμα et ἐρυσμός ordinem servant. Praeter haec autem quae extant brachyparalexiae exempla, ea proseminavit inclinata ad senium Graecitas, ejusque contagione Grammatici posteriores scripturam ex errore natam auctoritate sua sanxerunt. Canon. Prosod. n. 34. p. 428. βῆμα, μνῆμα, δῶμα καὶ τὰ ὅμοια περισπῶνται, καὶ ὁ κανὼν πᾶν οὐδέτερον εἰς α λῆγον συστέλλει αὐτὸ, νᾶμα, κρᾶμα, δρᾶμα, διὸ καὶ περισπῶνται· τὸ δὲ κλίμα, κρίμα παροξύνονται. Recte utrumque, illud in universum, hoc, si usus spectatur vulgaris; κλῖμα quidem, ἔγκλιμα et ἀπόκλιμα apud probatos Graecitatis auctores non reperiuntur sed si qui

veterum his usi sunt, certe non aliter pronunciarunt quam *κλῖμαξ*, eamque regulam sequentes latini poetae *clima* trochaei loco loco ponunt, Alphaeus autem Epigr. V. et Nonnus III. 5. brevem fecerunt penultimam, quo nititur vulgaris notatio *κλίμα* Arist. de Mund. c. II. *Κρῖμα* saepissime legitur in libris N. T. plerumque properispomenon; Nonnus in Metaphr. IX. p. 127, 3. pro brachyparalecto usus est contra veterum morem, quem ostendit Aeschyleum exemplum metri necessitate adstrictum; et ex hoc de *ἀπόκριμα*, *πρόκριμα* et *κατάκριμα* judicandum foret, si haec vocabula antiquis probata fuissent. Ab *ἔφθιμαι* nomen ducitur nullum sed in supplementum venit *φθίνασμα* a *φθίνω* productum ut ab *ἔδω*, *ἔδεσμα*, *τείνω*, *τεινεσμός*, non a *φθινάζω*, verbo commenticio. Sed Grammaticorum error ad alteram quoque indifferentium pertinet. Etym. M. 545. 5. *τὰ εἰς μα δισύλλαβα τῷ υ παραληγόμενα συστέλλει αὐτὸ, οἷον χύμα, πλύμα, θύμα· σεσημείωται δὲ τὸ κῦμα. τὸ γὰρ λῦμα ποιητικῶς ἐκτείνεται, τὸ δὲ θῦμα ἱστορεῖ Ἀριστοκλῆς ἐν τῷ περὶ διαλέκτου ἐκτεινόμενον·* brevius Draco p. 57, 7. *ἱστοροῦσι μέντοι Ἀττικοὺς τὸ λῦμα ἐκτείνειν καὶ τὸ φῦμα.* Hi igitur et scriptor Regg. Prosod. N. 13. et 101. qui *ῥύμα* addit, omnibus sic figuratis praeter *θῦμα*, *κῦμα*, *λῦμα* et *φῦμα*, penultimam brevem tribuunt, ut poetae deterioris aetatis facere solent. Orpheus H. X. 22. *φύσις — ἀενάῳ στροφάλιγγι θοὸν ῥύμα δινεύουσα*, hoc est *θοὴν ῥύμην* sive *δίνην δινεύουσα* vel *θοὰς τροπὰς τρεπομένη*, ut *φορὰς ἐνθουσιώδεις φερομένη* Plut. V. Pyrrh. c. XXII. *τὴν ἐναντίαν στροφὴν διεστραμμένος* Arrian. Epict. III. 3, 384. etc. Proculus vero. H. in Sol. 4. *ἁρμονίης ῥύμα πλούσιον ἐξοχετεύων* pro *ῥεῦμα* posuit. Similiter in Epigr. Adesp. CXV. *ἔνδυμα* habet dactyli mensuram sed apud Eur. Herc- 443. ubi idem legebatur correpta media, restitutum est *ἔνδυτα*, quo solo utuntur Tragici, [ut et *ἔγχυτον* atticum videtur prae *ἔγχυμα*] et *ἔκδυμα* in Hedyli Epigr. V. (I.) Anall. T. I. 483. regulae convenit. *Φῦμα* apud Hippocr. de Nat. Puer. p. 390. T. I. Herod. III. 133. Aelian. V. H. XII. 3. aliosque rectius scribitur quam *φύμα* in Nonni Epit. c. CCXVII.

neque ullum correptionis exemplum succurrit. *Πλῦμα* modo sic notatur Hippocr. de Diaet. II. p. 676. T. I. Aretae. Sign. Acut. II. 9, 155. Poll. VII. 39. et 40. modo *πλύμα* Hipp. Epid. IV. p. 523. T. III. Aristot. H. Ann. IV. 8, 13. p. 534, 27. Bekk. Atque hos et similes scriptores nihil opus est ad Atticismi normam et regulam redigere, quam non ab omnibus servatam esse constat Nicandri exemplo bis priorem illius vocabuli syllabam corripientis Alex. 258. et 467. Attici tamen quid probaverint Photius ostendit *Πλύσμα οὐ πλύμα*, neque praetermittendum est *πλύσμα* et bis legi in Theophrast. de Lapid. 58, 701. eodemque inclinare Aristotelis codices l. c. *πήλυσμα* et *πόλισμα* exhibentes, ac masculinum *πλυσμός*, cujus mentionem fecit Hesychius; perfectum est *πέπλυμαι* Hipp. Vict. Acut. p. 99. T. II. Galen. Comm. in Aphor. p. 47. T. XVIII. P. I. de Comp. Med. p. Loc. IV. 699. T. XII. 703. 704. 714. 762. 763. ubi saepius litera *μ* geminatur vitiose; — hinc *πλύμα* illud pendet et *ἀπόπλυμα* Diod. V. 28. Proximum locum occupat *χῦμα;* sic enim scriptum reperitur in Agatharch. de M. R. p. 26. Alciphr. I. Ep. 23. Schol. Phoenn. v. 90. sed *χύμα* Diodor. XVII. 75. Aretae. Sign. Diut. II. 10, 160. ubi duo codd. *χῦμα*, et apud Grammaticos v. Bernhardy ad Dion. p. 865. variat accentus in versione quae dicitur V. T. Alexandrina, sed neutrum apud Atticos extat et hactenus recte Thomas *χύσις σοφίας ἐρεῖς, οὐ χύμα*, quo judicio damnantur etiam composita *ἔγχυμα* Hipp. de Morb. II. 259. T. II. *πρόχυμα* Geopp. VI. 16, I. *ἀπόχυμα* Dioscor. Mat. I. 98, 100. *περίχυμα* I. 116, 113. Marin. V. Procl. c. 26. sed *κατάχυσμα* Attici dicunt et jus Arist. Avv. 1637. Athen. 399. E. et missilia; quae Ammonius sic distinguit: *καταχύματα τὰ καταχεόμενα ὕδατα, καταχύσματα δὲ τὰ τραγήματα ἃ τῶν νεωνήτων κατέχευαν*, sed prioris significationis exempla apud Atticos non reperi. Cetera bisyllaba aut vocalem longam habent, *κνῦμα, ῥῦμα, στῦμα, τρῦμα*, aut sigma insertum *βύσμα, πτύσμα*, aut utrumque *ξύσμα, ὕσμα*. Item trisyllaba, *διάνυσμα*, quod ab *ἀνύτω* repeti potest, *γάνυσμα* et quae a paragogis ancipitibus descendunt, *ἔλυμα, εἴλυμα, κώκυμα, κώλυμα* etc. neque

recte Passowius *κάττυμα* mediam ancipitem habere dicit. Sed auctoritas Grammaticorum, quos impugnamus, et hunc et alios prosodiae auctores induxit non solum ut *πλῦμα*, *ῥῦμα* etc. eodem quo illi accentu scribendum censerent sed etiam *κάσσυμα* et *pleraque eorum, quae a verbis in υνω declinantur*, penultima brevi insignirent v. Passov. Tabb. Pros. VI. quod non modo nulla aut veteris magistri testimonio aut poetae exemplo confirmari potest, sed ne convenit quidem analogiae legibus. Nam ut concedatur non mendosam esse illam perfectorum scripturam *πεπλάτυμαι* [1]), *ἔῤῥαμαι* [2]), *τεθάρσυμαι* etc. cujus exempla plurima collegi ad Phryn. p. 54 sq. atque hac ratione defendi *πλάτυμα* Etym. M. *τράχυμα* Galen. de Locc. affect. II. 8. p. 91. et p. 105. T. VIII. *φαίδρυμα*, et si quae similia reperiuntur, tamen cur ea mediam brevem habeant, nihil rationis dici potest, ac ne sincere scripta putemus admonet multitudo eorum, quae sigma receperunt *ἀνεύρυσμα*, *ἥδυσμα*, *λάμπρυσμα*, *σκλήρυσμα*, sive *σκληρυσμός*, ut *ἀπαλυσμός*, *βαρυσμός* Galen. de Typ. c. II. 466. T. VII. *δασυσμός*, *κρατυσμός*, *λεπτυσμός*, *παχυσμός*, *παροξυσμός*, *πληθυσμός*, nam masculinis quoque penultima longa opus est, nec solum in hoc genere sed etiam in illo, quod prius tractatum, *ῥυμός*, *χυμός*, *ὑμός* (*ὗσμα*), *βρυσμός* Arcad. p. 58, 24. *ῥυσμός*, nec minus femininis *ζύμη*, *ῥύμη*, *τρύμη*. Unum restat de quo nondum liquet. Etym. M. p. 603, 10. *τὰ εἰς μος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς προπαροξύτονα, τῷ υ παραληγόμενα, συστέλλει αὐτὸ, ἔρυμος, ἔλυμος, ἔσσυμος, δίδυμος*· in Regg. Pros. N. 120. legitur: *ἐρυμος, ὄλυμος, δίδυμος, ἔτυμος ὁ ἀληθής*, apud Arcadium p. 61, 16. *ἔλυμος, ἔτυμος, δίδυμος, σόλυμος, ἔρυμος· τοῦ μέντοι κολυμὸς καὶ ῥυμός τὸ υ μακρόν*. Hic

1) Erotian. p. 360. *τετάρσωται, πεπλάτυται*, sed Galenus Exeg. p. 578. *τετάρσωνται, πεπλάτυνται*. *Πεπλατυμένη* Ruf. Ephes. de Part. Hom. III. 53. sed *τετραγυσμένος* III. 52.

2) *Ἐῤῥαμέναι οἴνῳ* Xenocrat. Aquat. c. 27.

pro κολυμός nihil suppetit nisi forte ad vocabulum ignotum κωλυμός i. q. κωλύμη confugere libet aut γιγγλυμός huc pertinet; pro ἔσσυμος aut Σόλυμος aut σκόλυμος reponendum quod a Grammatico vix credi potest omissum esse; illud, quod maxime quaerimus, quid sit, Arcadius quidem ostendere videtur alio loco p. 59, 25. ubi commemoratis disyllabis oxytonis, quae eadem $\bar{υ}$ longum habent, κρυμός, ῥυμός, θυμός etc. addit θύμος δὲ τὸ κύριον ἢ ἡ βοτάνη (scil. et barytonum est et vocalem brevem habet) τὸ δὲ ἐρυμός καὶ ἐπὶ τοῦ κυρίου καὶ προσηγορικοῦ ὀξύνεται, sed pro hoc in cod. δρυμός legitur, quod et appellativum est et proprium urbis nomen v. Harpocr. et convenit magis quam ἔρυμος in hunc locum, quo bisyllaba enumerantur; quanquam in hoc confusissimo opere id permagni momenti non est. Itaque in Etym. M. et Regg. Pros. quum trisyllabum requiratur, aut ἔρυμος statuendum est idem valere quod ῥυμός, de quo Hesychius Ἐρυμὸς Ζεὺς, καὶ ζυγὸς καὶ ζεύγλη, atque inter ῥυμός et ἔρυμος eandem esse mensurae diversitatem quam inter ῥῦμα et ἔρυμα, aut reponendum est nomen proprium Εὔρυμος Homeri testimonio notum, quod Etym. M. p. 397. 6. ab εὖρος repetit et cum σκόλος, σκόλυμος confert [3]). Sed jam reliquas vocales percurramus.

§. 2. Nominum σύμβαμα et παρασύμβαμα syllabae mediae Lexicographi nostri notam longitudinis apposuerunt, nulla, quod equidem sciam, ratione ducti nisi dorica esse existimarunt, ex eo genere quod ad Phryn. p. 428. explicuimus. Id vero redarguit Etym. M. 196, 34. βῆμα παρὰ τὸ βῶ, τὸ δὲ παρὰ τοῖς φιλοσόφοις σύμβαμα παρὰ τὸ βίβημι, τὸ δὲ βᾶμα καὶ σχᾶμα κατὰ τὴν Δωριέων φωνὴν εἴρηται· ex quo clarum fit

---

3) Similiter Eustathius p. 1408. 12. ab ἐτός ἔτυμος, ab ἔλος, ἔλυμος ducit; hoc cardui nomen recte scripsit Passovius; sed ἔλυμος, quod Phrygiae tibiae genus significat, qua mensura sit, ignotum est; illud, quo integumentum denotatur, procul dubio idem est quod ἔλυμα et eodem modulo.

brevem esse horum vocabulorum penultimam, qualis est in tempore primitivo. Neque dubito et hoc σύμβαμα [4]) et huic similia κλίμα, κρίμα, χύμα, πλύμα errore facili et specioso accommodata esse perfectis, a quibus declinata videntur, βέβαμαι, κέκλιμαι, κέκριμαι etc. eademque via στάμα nomen Byzantium v. Ducang. s. v., ἔκταμα Schol. Ιλ. Τ. 267. ἐπίταμα et παρέκταμα orta videntur, quorum omnium nullum in veteris et incorruptae Graecitatis reliquiis reperitur. Tantumdem a veterum consuetudine abhorrent nomina in εμα, ἕμα τὸ ἄφεμα, ἡ πέμψις Lex. de Spir. p. 217. δέμα, ἔνδεμα, θέμα Zenonium Diog. VII. 78. ex quo fonte etiam σύμβαμα fluxit, ἀνάθεμα, πρόσθεμα, ἔνεμα, vox medicinalis, κάθεμα familiare interpretibus V. T. Alexandrinis, pro quo Attici κάθημα et καθετήρ dixerunt, postremo ζέμα, ἀπόζεμα, ἔκζεμα, quae omnia in medicorum, grammaticorum et philosophorum scholis trita temporis progressu ita invaluerunt, ut ab ipsis dicendi magistris approbarentur. Herodianus π. Μον. p. 30, 4. exempli causa memorat δόμα, θέμα, στάμα, χύμα, λύμα, δῶμα, πτῶμα. Grammaticus Ammonio praemissus XLIII. Lips. ἀνάθημα τὸ ἀνιερούμενον, ἀνάθεμα δὲ τὸ ὕβρεως ἐχόμενον καὶ ἀναθεματισμοῦ, scilicet in libris sacris et ecclesiasticis. Postremo Philo ap. Etym. M. 255, 28. ita disputat, pro ζέμα dici oportuisse aut ζεῦμα, ῥεῦμα, πνεῦμα, aut potius ζέσμα convenienter perfecto ἔζεσμαι, sed sigma repudiatum esse exemplo nominis δέμα a δέδεμαι profecti. Sed Attici δεσμός dicunt, κατάδεσμος, ἀνάδημα, διάδημα, ὑπόδημα, quorum nominum tam frequens est tamque necessarius usus ut nemini fortuitum videri possit quod δέμα, ὑπόδεμα nusquam leguntur. Apud eos vero, qui germani Attici non sunt, hanc corruptelam jam Hippocratis et Theophrasti aetate gliscere ipse in Adn. ad

---

4) Ἀσυμβάματα Priscian. LXVIII. 1, 5. et τὰ συμβαματικά Ptolem. Tetrab. IV. p. 5. a. Lexicographi praetermiserunt cum aliis haud paucis, quae in hoc sermone attigimus.

Phryn. 249. ostendi; ac si quis eos a librariis in vitiosam seculi sui consuetudinem corruptos dicat, equidem neque negabo hoc pervicacius neque rursus affirmabo; σχέμα Hesychius Achaeorum dialecto adscribit; neque haec contagio, nisi mature coepisset, tam longe potuisset serpere; quo usque progressa fuerit documento est consimilis circumflexorum depravatio, ἀφαίρεμα, ἀναίρεμα, συναίρεμα Damasc. de Princ. IV. p. 9. (ubi vitiose ἐν ὁμοταγεῖσι editum pro ὁμοταγέσι) et VII. 22. διαίρεμα Simplic. in Auscult. L. III. 114. b. φόρεμα, εὕρεμα, quorum exempla ad Phryn. l. c. attuli; quae omnia cum certis verborum liquidorum inclinamentis congruunt, ἡρέθην, εὑρέθην, φορέσω. Superest ut de litera ο dicam. Nomen πόμα quum Porsonus ab Atticis relegandum censuisset, id tum aliis persuasit tum Stallbaumio qui ad Plat. Legg. I. 648. VIII. 839. A. aliisque locis πῶμα reduxit. Sed quia altera scriptura nonnunquam etiam bonos invasit codices, eam tueri connititur Schneiderus ad Civ. T. I. p. 284. *neque a Grammaticis*, inquit, *quod sciam, πόμα quin atticum sit, in dubitationem vocatur — ἔκπωμα autem quod Stallbaumius ad Philebum urget, nihil efficit, quia nimium efficit.* Hoc quid sibi velit, parum perspicio; nam si quis ita dicat, e compositorum scriptura non posse judicari quomodo simplicia scribi debeant, hoc ipsum falsum erit, quia utrumque genus communem legem habet, et ex eo quod Choeroboscus dicit Anecd. p. 1414. b. πρόπομα, ὅπερ καὶ πρόπωμα λέγεται Ἀττικῶς, argumentum duci licet eum πῶμα quoque assignasse Atticis. Sed jam vereor ne vir doctissimus non πρόπομα in animo habuerit, quod certe apud Atticos haud reperit, neque ἔκπομα Ammon. p. 118. Hesych. ex ordine et codd. Poll. I. 28. sed φιλοπότης et alia hoc modo composita, quae usitata sunt quidem illis sed hanc ad causam nihil pertinent, id quod paullo post demonstrabitur. Ceterum non diffiteor πόμα multo plus auctoritatis habere quam ἀνάθεμα, ἔκθεμα vel ullum aliud hujus generis; nam legitur illud non solum apud Herodotum III. 23. ubi nullus codicum discrepat, Hippocratem

Vict. Acut. p. 89. T. II. de Nat. Mul. p. 575. T. II. de antiq. med. p. 29. T. I. Aristotelem Probl. XXXIV. 6. etc. sed apud Xenophontem quoque et Platonem aliquoties in editis, saepius in codd. et non paucis et sat luculentis, neque negem fieri potuisse ut aliqui hoc modo potum et operculum distingui voluerint, sed tamen quod ad Atticos attinet, nequaquam res explorata est, quum librarius nullus tam sit ad omnia attentus cui non aliquando aliquid ex vulgari lectione et auditione obrepat et hoc ipsum *πόμα* non solum in Platonis libris ubique fere ex aliquo angulo emergat sed etiam Tragicorum inculcatum sit versibus iis, quorum metro adversatur. Multo autem deteriore loco sunt *δόμα* interpretibus Alexandrinis frequentatum, *πρόδομα* quod Herodianus *π. Μον.* p. 29. cum *πρόπομα* consociat, *ἐπίδομα* vocabulum, ut Athenaeus ai., Alexandrinum, *διάδομα* Inscr. Boeot. P. V. Cl. V. n. 1625. nec meliore jure *ἄρομα* de quo dixi ad Phryn. p. 227. et Jacobsius ad Aelian. p. 539, 24. Si igitur in tanto nominum in *μα* exeuntium numero praeter tria illa *σεσημειωμένα* nullum brachyparalectum est, quod demonstrari possit ab Atticis receptum esse, si hac eadem regula omnia comprehenduntur quae in *μη* et *μος* cadunt, si apparet quot modis Graeci quam studiose huic brevitati mederi soliti sint, Plutarchus iste, si praeclarum Atticistarum praeceptum rideret, alienis malis ridere videretur.

§. 4. Quoniam supra negavimus, ex eo quod *φιλοπότης* dicatur, necessaria consequutione effici, ut nomen *πόμα* eodem modo scribatur, faciendum videtur, ut de quantitate syllabae quae praecedit positiones *της*, *τις*, *τυς*, *τω*, *τος*, pauca adjiciamus. Ac primi quidem generis substantiva simplicia a verbis primitivis iisdemque bisyllabis ducta tam pauca sunt ut pateat hanc fingendorum nominum rationem aut sero tentatam aut cito derelictam esse. Nam ut ea tantummodo exempli causa commemorem, quae in *άω* exeunt, partim thematica, partim in usum communem recepta, *ἄω*, *βάω*, *γάω*, *δάω*, *ζάω* (*πνέω*), *θάω*, *κλάω*,

λάω, μάω, νάω, ξάω, πάω, σάω, τάω, φάω, ab his quamvis foecundissimis stirpibus nullum ducitur substantivum in της praeter βάτης apud Hesychium equum significans admissarium et φάτης apud eundem. A ceteris terminationibus haec sola: θέτης, quod apud Isaeum legitur disceptaturque a Grammaticis utrum adoptatorem significet an qui oppignerat v. Harpocr. ἴτης, cujus auctores citat Jacobsius Lectt. Stob. p. 12. κτίτης, quod Eustathius p. 283. 7. ex Euripide afferens ellipsi affectum putat, et fortasse Aeschyleum τίτης, tum πότης apud Aristoph. et Lysian, δύτης ab Herodoto usurpatum sed Polluci VII. 137. εὐτελὲς visum, et a simili stirpe θύτης, λύτης, χύτης, quae non admodum luculentos auctores habent. Sed quae maxime putes usu celebrata esse, στάτης, δέτης, βότης, δότης, ea nusquam reperiuntur nisi ad aliam declinationem traducta, στατήρ pariter ut βατήρ, δοτήρ, βοτήρ, quam terminationem Attici in sisimilibus praeoptarunt, πρατὴρ οὐχὶ πράτης ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν λέγεται Phot. nec κλήτης, μάστης recepta sed κλητήρ, μαστήρ. Verum composita ab hoc genere verborum plurima sunt et optima auctoritate, ἀναβάτης, ἐπιβάτης, ἱπποβάτης, ἐπιστάτης, δεξιοστάτης, συνθέτης, ἀκμοθέτης, ὀνοματοθέτης, ὑμνοθέτης, ἀφέτης, ἐφέτης, καθέτης, σαλαμιναφέτης, quod si quis, ut Bernhardy Synt. p. 114. ridicule fictum putet, is recordetur ἰαφέτης in Anonymi H. in Apoll. v. 10. p. 218. γαστραφέτης et καταπελταφέτης Suid. ἱππάφεσις in Epigr. ap Pausan. minime comice dici; tum ἰοδέτης, ἱπποδέτης, κηροδέτης, περικτίτης, ἀτίτης (passivo intellectu ut κηροδέτης) συμβότης, βουβότης, ἀγροβότης, προδότης, βιοδότης Plat. Legg. XI. 921. A. ὀλβοδότης Eurip. κληροδότης Isaeus, ἐνδύτης, ἀμμοδύτης, λωποδύτης, βουθύτης, μηλοθύτης, φιλοθύτης, διαλύτης, προχύτης, παραχύτης etc. Ita manifestum fit huic generi vocabulorum proprium esse ut penultimam brevem habeat. Sed eandem tamen producere solent machinis iisdem, quas nominibus in μος, μη, μα adhiberi videmus, primum trope vocalis, διαβήτης, ἐμπυριβήτης, ἀφήτωρ, συβώτης, ἐπι-

δώτης, ἐλπιδοδώτης, μεθυδώτης, ὀλβιοδώτης, inconcessa simplicibus; nam quod Hesiodus *δώτῃ μέν τις ἔδωκεν, ἀδώτῃ δ' οὔτις ἔδωκεν*, id excusatur propria disparatorum lege. Deinde interposito sigma, *κλάστης, θλάστης, μαστήρ, νάστης, μετανάστης, ἀφέστης, ἔστωρ* cui Etym. M. *θέστωρ* comparat ut a *θέω* ductum nec incredibile videtur et hoc appellativum in usu fuisse et *θέστης*, latinum *testis*, ut dicitur *μάρτυρα θέσθαι*. nec aliter producta *Θεστίδειον* v. Steph. et *θύστας ὁ ἱερεύς* Hesych. quibus apponenda sunt adjectiva *ἕστα ἐνδύματα* et *ἕστη στολή* Hesych. *βέστον τὸ ἱμάτιον* Etym. M. *ἀφεστός, ἀφειμένος* Hes. *βαστά, ὑποδήματα* id. quae alias *ἐμβάται* dicuntur et *ἐμβάσεις*, latinis fortasse *baxeae; ἄβαστον, ἄβατον* Hes. neque dubitandum quin *βαστάζω, basterna, βάκτρον, βακτηρία, βατηρία, batuo, bâton*, communem ortum habeant a verbo *βάω*. Postremo huc pertinent *ἄθυστος* v. Spitzner. Pros. p. 65. Dindorf. Praef. in Corp. Scen. XXIV. *Θύστιον, πόλις, τινὲς δὲ Θύτιον* Suid. *θυστάς* et *θυστήριον τὸ ὁρμητήριον*.

Superest ut nomina civium academicorum, qui in concertationibus literariis superiore anno propositis praemia retulerunt, in publicum proferamus.

FACULTAS THEOLOGICA

Carolo Adolpho *Schrage* Lyccensi praemium attribuit primarium; id vero, quod accedentibus conceditur, Ernesto *Abramowski* Arnsteiniensi, et Friderico *Moeller* Soldaviensi.

FACULTAS ICTORUM

nullum reperit, quem praemio ornaret.

FACULTAS MEDICORUM

summum praemium addixit Henrico Augusto *Burow* Elbingensi, alterum Eduardo *Grube* Regiomontano.

FACULTAS ARTIUM

Guilielmo Agathoni *Keber* Borchersdorfiensi, Ludovico *Bender* Regiomontano, et Friderico *Gruebnau* Plohnensi propter quae-

stionis historicae tractationem laudabilem praemium adjudicavit primarium, eodemque honore dignos habuit Ernestum Gustavum *Schultz* Docberanum, et Carolum Ludovicum *Krieger* Regiomontanum, quorum ille in studiis literarum orientalium alter in disciplina cameralistica operam suam approbavit.